

Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

DZIAŁ (OPYS) I

1745. Rozgraniczenie lasów wsi Wołosz i Jabłonica 1565.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

Rozgraniczenie
Wolosz i Jablonicy
1865

1.

Acta sunt hodie in Loco Campestri Graniciali inter
Hereditates Villarum Wolosz Generosorum Micha-
elis Andreae Larszynskich Patris cum Nepote et
Fratre Ipsius germano Joanne Villa predicta
Wolosz Hared. Parte ab una, & Pariete ab uno et Jablonica Jo-
annis Wielopolski Citati et Jurevici Partibus ab
altera, et Pariete ab altero, in Summitate Mon-
tis Dichi Rozdziele circa Parietem Saerd. Majesta-
tis Regis Villa Hruszowka Collateraliter Eisdem
Bonis contiguum Fera Tertia post Festum Sancti
Francisci proxima Anno Domini Millesimo Quin-
gentesimo Sexagesimo Quinto. Coram Generoso Sta-
nislao Czarnocki Iudice Juri Sanocen. et Camerario Campestr.
Jurato, per Inosum Andream Wapowski de Ra-
dochonae Succamerarium Terrestrem Sanocensem
ad presentem Actum Literis suis Significatori-
libus Specialiter Datum et Deputatum de quibus
Literis et Juramenti Prestitutione Sufficenter Hd-
redem Docuit. Coram quo officio Domini
Succamerarij predicti Michael et Andreas
Larszynscy Actores, et Causd. presentis Jurevi-
dores seu vincentes ante Omnia in hoc loco
circa Parietem Villa Hruszowka, ubi Ipsi
Larszynscy Actores Dnum Camerarium locaverunt



1745

KA

petierunt et affectaverunt, Dominum Camerarium
Quatenus in eo loco Jurisdictionem suam funda-
ret, Eandemq; Ministeriali Terrestri proclamare Man-
det. Et Dominus Camerarius visa Justa et Ra-
tionabili affectatione Partis Actores, ante Omnia
Jurisdictionem suam Fundavit, et Actoribus Ul-
teriore in Causa Processum admisit, hujusmo-
diq; Fundationem Jurisdictionis Ministeriali Ter-
restri proclamare demandavit, prout hic Idem
Ministerialis Terrestris Fiedko de Lipa ad procla-
mandum additus promissa se fecisse coram Eodem
Judicio sufficientem Relationem fecit. Postquam
quidem Fundationem Jurisdictionis, Ipse Michael
et Andreas Larszynscy Insuper acclamare predi-
cto Ministeriali, Generosum Nicolaum Tarto Ve-
selliferum Pandomiriensem Tenutarium bonorum Re-
galium Hruszowka, ut Secundum Mandatum Sacrae
Regiae Majestatis et Innotescentiae Domini Succa-
merarij pareat, Parietemq; Bonorum Regalium
Villa praefata Hruszowka attendet, et Custodi-
diat, et Contiguitatem cum bonis Wolosz et La-
blonica Eisdem agnoscat, Cujus quidem Man-
dati et Innotescentiae Tenor est talis.

Sigismundus

Sigismundus Augustus DEI Gratia Rex Polo-
 niæ Magnus Dux Lithuanie, Russie, Prusie, Ma-
 sovie, Samogitie & Dominus et Hæres.
 Inno Nicolao Tarto de Szekarowice Vexil-
 lifero Sandomiriensi, Bonorum Nostrorum Villa
 Hruszowka in Terra Sanocensi Consistentium
 Tenutario, Sincere nobis Dilecto. Gratiam Nostram
 Regiam. Inno Sincere Nobis Dilecte, Obtinue-
 runt per Decretum Iudiciorum Novorum Genera-
 lium Sanocensium proxime præteritorum Inno Mi-
 chael Patruus, et Andreas Nepos ex Fratre Lar-
 szynscy, Villa Wotosz Hæredes Actores, ex una,
 Lucrum Actoratus granicierum, et hoc Super No-
 bili Joanne Wielopolski Villa Sabtonica Hærede
 Citato, ex altera Partibus, Inter Bona Villam
 Videlicet Wotosz Ipsorum Larszynskich Acto-
 rum ex una, Et Villam Sabtonica Ipsius Joan-
 nis Wielopolski Citati et Iure victi ex altera
 Partibus, Cum quo Ipsi Larszynscy Sunt per
 hoc Idem Iudicium pro Executione, et granicierum
 Sippatione de Forma Iuris ad Dominum Succa-
 merarium Terrestrem Sanocensem, et Epus Officium
 Sunt

Sunt Remissi. Lud Bona Wolosz cum Jabtoni
ca sunt contigua Bonis Nostris Villa predicta
Hruszowka. Quapropter Sinceritati Tuae mandamus,
ut, cum predicti Larszynscy ad Sippandas granicies
Predictum Succamerarium Panocensem, vel Epus Offici
um educent, Executionemq; Decreti prefati fieri
habere vellent, et cum Sinceritas tua Literis Eiusd
Succamerarij avisata fuerit, coram Illo Compareat,
Ipsiq; Larszynskim. Parietem a bonis Nostris prefa
tis Villa Hruszowka agnoscat, et Ibi se Listat, pro
videat tamen ne bona Nostra aliquod preiudicium
in hoc patiantur, Secus pro gratia Nostra et Officij
sui Sinceritasti Factura. Datum in Knyszyn Die
Decima Septima Julij, Anno Domini Millesimo Quin
gentesimo Sexagesimo Quinto. Regni Nostris Trigesimo
Sexto. Ad Mandatum Sacrae Majestatis proprium.
Andreas Wapowski de Radochonce et in Dynow Hd
res, Succamerarius Terrae Panocens Generalis. Innote
scimus tibi Gnoso Nicolao Tarto Vexillifero Terrae
Sandomiriens Bonorum Villa Hruszowka in Terra
Panocens Sacrae Majestatis Regis Tenutario. Nobi
les Michaellem Patruum et Andream Nepotem ex Fra
tre germano Larszynskie Villa Wolosz Heredes, Velle
et intendere granicies facere a bonis suis Heredi

tariis

tarius prefatus, Villā Wotosz cum Bonis Villā Jabto
 nica Nobilis Joannis Wielopolski Hereditarius, Quorum
 granicierum Adoratum Ipsi Larszynscy obtinuerunt, per
 Decretum Iudiciorum Novorum generalium Samocensium
 proxime preteritorum, Vigore Cujus Decreti Easdem Trani
 ctes Terra Tertia post Festum Sancti Francisci nunc
 Instans proxima Ipsi Larszynscy facere volunt et
 Intendunt, ad Easdemq; Lippandas et terminandas
 predictum Wielopolski pro Eodem Supranominato Citave
 runt, Sed Quia predicta bona Villa Hruszowska
 Sacrae Majestatis Regiae Tenuta Tunc est Contigua Col
 lateraliter bonis predictis, inter quas granicies fieri
 debent, ob quam Causam necesse est, te, Secundum
 Mandatum Sacrae Majestatis Regiae Parietem pred
 dictorum bonorum Hruszowska attentare, et Ipsis
 Larszynskim agnoscere, Igitur, ne te aliqua Igno
 rantia de Termino faciendarum prefatarum gra
 nicierum excuses, Tibi presentibus literis Diem
 prefatum videlicet Feriam Tertiam post Festum
 Sancti Francisci nunc instans proxima, Tibi pred
 figimus et assignamus, ad notitiamq; deducimus.
 ut Te ibi Listas, et Iuxta Mandatum Sacrae Ma
 jestatis Regiae se Conserveas. Certificantes te, quod
 Sive

sive Comparueritis? Sive non? Nos id, quod erit
Officij Nostri fauemus, Contumacia tua non Obstante.
Datum in Nordzee Feria Secunda post Festum Na
tivitatis Maris proximâ, Anno Domini Millesimo,
Quingentesimo Sexagesimo Quinto.

Ubi in Instanti Factor bonorum Hruszowka Prædi
cti Nicolai Tarto nomine Domini sui præfati, Scul
teto ac omnibus ac omnibus Colonis Villæ præfate,
parendo mandatis Sacra Regis M^{tes} in Eodem loco
ubi Jurisdictio est fundata, Pterunt, Parietemq; bo
norum Villæ prædictæ Hruszowka in Eodem loco Col
lateraliter Eisdem Villis et hereditatibus Wotoss et
Jablonica, iuste et legitime adjacent, esse agnoverunt.
Post quam agnitionem Parietis Ipsi Larszynscy Repro
duserunt Decretum Iudiciorum Novorum Sancens
generalium pro una vice Celebratorum, in Conven
tionibus generalibus Regni Prothorieny et Varša
vieny Laudatorum, Quo mediante, Actoratus gra
nicuerum Præfatarum inter Ipsa Bona Villas Wo
toss Ipsorum Larszynskich ex una, Et Jablonica
prædicti Joannis Wielopolski ex altera Partibus est
Ipsis Larszynskim Decretus et adjudicatus, Cumq; Pa
rato Actoratu ad Sippationem ad Sippationem Dictarum
granicuerum

granicierum ad Dominum Succamerarium et Epus
 Officium sunt Remissi, quod Decretum est Sollem-
 niter lectum, hucq, hoc ipsum pro Expressis habe-
 re voluerunt. Reproduxerunt etiam Ipsi Actores
 Literas Innotescentid Domini Succamerarij, Quibus
 Ipse Joannes Wielopolski Jure victus per Ipsos Acto-
 res et Jurevictores est Citatus. Cujus Innotescentid
 seu Citationis Tenor est talis.

Andreas Wapowski de Radochonce et in Dynow Hæres,
 Succamerarius Terra Sanocen Generalis. vigore Regio
 et nostro Succamerarali ex Officio. Tibi Nobili Jo-
 anni Wielopolski Villa Jablonica Hæredi, manda-
 mus, Quatenus coram nobis seu Officio, vel Came-
 rario Nostro in loco Campestri Inter Hæreditates
 Villarum Wotosz Nobilium Michaelis Patris, et An-
 dred Nepotis ex Fratre germano Larszynskich Acto-
 rum, et Jurevictorum ex una, Et villam Jablonica
 tua etiam hæreditaria Partibus ex altera, Ibi, ubi vide-
 licet prædicti Larszynscy Actores Nos, seu Officium No-
 strum locaverint, Pena Tertio post Festum Sancti
 Francisci nunc Instans proxima, Compareas. Ad atten-
 tandum et videndum Ipsos Larszynskie Actores,
 Ducere Nos, seu Officium Nostrum, Ducereq,
 et Sippare granicies, Scopulos de Terra erigendo, et
alia

alia signa metalia sive granicialia faciundo, atten-
tatesq; et aspiceres Ipsos cum Testibus prestare Ju-
ramentum tanquam Actores Super vera et Justa Du-
clione et Sippatione prefatarum granicierum, prout
prefatum Actoratum contra te obtinuerunt, Primum
per Decretum olim Inosi Stanislai Dal Suecane-
rarij Sanoceny, Demum et per Decretum approbato-
rium Judiciorum Generalium Novorum Sanoceny
proxime preteritorum, cum quo Actoratu pro Deere-
torumq; prefatarum Executione, ad nos, seu officium
Nostrum ad Campum sunt remissi, promissa sis fu-
dicialiter attentaturus. Datum in Nozdrec Feria
Secunda post Festum Nativitatis Marie proxima,
Anno Domini millesimo Quingentesimo Sexagesimo
Quinto.

Petieruntq; Ipsi Lardzynscy Actores, et Invenitores, Do-
minum Camerarium, ut Ipsos sequatur, quocumq;
Ipsum duxerint, et ut Scopulos de Terra erigeret, alia
signa granicialia in arboribus facere mandet, hoc
Ipsumq; Decretum in debitam Executionem deducat.

Et Dominus Camerarius, viso, perlectoq; prefato Deere-
to Judiciorum Novorum generalium Sanoceny, atten-
taq; agnitione Parietis bonorum Regalium Villa Stru-
nowka, Bonis Wolosz et Jablonica collateraliter Contiguo-
rum

9.
rum et adjacentium, Satisfaciens Officio suo ad
Executionem Eiusdem Decreti Iudiciorum Novorum
processit, Obtulitq; se prefatos Larszynskie Actores,
Quibus Adoratus prefatarum graniciorum Decreto Pre-
fato est adjudicatus, sequi, Granices inter Prefata
bona Hereditaria Villam Wolosz ipsorum Larszyn-
skich Actorum ex una, Et Sabtonica predicti Joan-
nis Wielopolski ex altera Partibus, Scopulos Sipan-
do, et alia signa metalia, seu granicaha facien-
do. Et imprimis Sippavit et erexit, In Loco Fun-
data Jurisdictionis tres Scopulos Aciuales, Tres Here-
ditates designates, Primum videlicet Scopulum ex
Parte Villa Wolosz, Alium vero ex Parte bonorum
Villa Sabtonica, Et Tertium ex Parte ac Pariete
Bonorum Regalium Villa Hruszowka, Et tandem ab
Ipsis tribus Scopulis acialibus in instanti declinans,
ad manum Dextram, Versus superficies, alias Wierz-
chowiny, ac Rivulos qui defluunt ad Fluvium Tdy-
czynka, quasi inter Occidentem et Septentrionem
Super superficies et rivulos prefatos recto tramite ver-
sus Locum dictum Diatobrzeg et Fluvium San, Ver-
susq; Occidentem per Sylvam vadunt, trahuntur et
Continuantur granices, usq; ad Viam quae tendit ex
villa

Villa Wotosz, ad Villam Jablonica per Transver
sum Sylva prefata, non procul a loco Dicto Bia
Tobrzeg Distans, a quibus prefatis Scopulis aequalibus
ad viam prefatam de Consensu Partium et ex certa Ami
cabili Concordia inter prefatas Partes per Officium
Succamerariale Sippals et erecti sunt Triginta et tres
Scopuli Parietales, bona prefata abinvicem designantes,
tum et signa granicialia adinstar Crucis in numero
Quadraginta in arboribus Diversi generis facta, et
incisa sunt, circa quam quidem viam de villa Wo
tosz ad villam Jablonica tendentem, Dum prefati Zar
zynscy Actores voluerunt pertransire Eandem Viam,
et Ducere ultra granicies cum prefato Joanne Wie
lopolski usque ad ultimum Scopulum aequalem, Stan
tes personaliter Generosi Gabriel Lamechowski de
Stubno et Joannes Dunikowski Maritus Inosd
Eva Dedenska Tutores Puerorum suorum cum Gene
roso olim Petro Dedenski Marito suo Priore Pro
genitorum, in eodem loco circa predictam viam
Nominis et ex Parte Nobilium Stanislaw, Petri,
Nicolas, Georgij, et Joannis Dedenskich Villa
Niewistka Haredum, Protestati sunt Officio
Domini Succamerarij, et Ministeriali Terrestri

Fiedko

Fiedko de Lipa, et quam pluribus Nobilibus Cir-
 ca presentem Actum existentibus, ab hoc loco et Via
 versus Fluvium San Fundum Ipsorum Dedenskich
 ad villam Niewistka ex antiquo Spectant fieri.
 Quo in loco Nomine eorundem Dedenskich Re-
 tentionem ac ulteriorem Ductionem et Procepsum,
 Sippationemq; granicierum Inter prefatos Larszyn-
 skie Actores et predictum Joannem Wielopolski
 Citatum fecerunt, Super qua Retentione et ulteri-
 ori Procepsu granicienum, tam Ipsi Larszynscy Acto-
 res, quam predictus Joannes Wielopolski Citatus et
 Jure victus, in et Contra prefatos Dedenskie ac eorum
 Nomine Nuncios, et Retentores, ac Prohibitores, So-
 lenniter Officio et Ministeriali ac Nobilibus hic ad-
 stantibus Protestati sunt, Offerendo cum Iphis Super
 ea Ipsa Retentione, Damnisq; ex inde sequentis Ju-
 re Competenti agere, Protestanti etiam Specialiter
 Prefato Joanne Wielopolski et cum Literis Dotationis
 bonorum Jablonica Manifestant se cum bonis Nie-
 wistka in eo loco nullum parietem habere, tantum
 cum bonis Villa Wolosz. Prænominati etiam Lar-
 szynskie Similiter Protestantibus, et se parietem in
 Isto loco, ubi Retentio facta est, cum nemine
 alio

alio, tantum cum bonis Jablonica agnoscent. Ve-
rum enim cum bonis Niewistka, non alibi nisi
in alia Parte Fluvij San parietem Villa Wotosz
allegant. Nihilominus tamen prefati Larszynscy quo-
niam Ipsos Dedenckie Hæredes Villa Niewistka hic
etiam pro Die hodierna ad aspiciendum parietem
Ipsorum, si quam se habere pretendunt aditaverunt,
contra Eisdem iuxta suam Citationem Campestræ gra-
nicalem Authontate Succamerariæ emanatam iuxta
Eandem Citationem suam in vim Propositionis sub
alloquebantur. Cujus Citationis Tenor est talis
Andreas Wapowski de Redochonce et in Dynow Hæres
Succamerarius Terræ Sanocens, Generalis, vigore Re-
gii et Nostro Succamerariæ ex Officio. Vobis
Nobilibus Stanislas, Petro, Nicolas, Georgio, Jo-
anni, et Barbara Dedymskim, Villa Niewistka
Hæredibus, mandamus presentibus, ut coram nobis
seu nostro Camerario, Feria Tertia post Festum
Sancti Francisci nunc instans proxima, in Lo-
co Campestri Inter Hæreditates Villarum Wo-
tosz, Nobilium Michaelis Patris, et Andred
Nepotis et Fratris germano Larszynskich Acto-
rum ex una, Et Villam Jablonica Nobilis Ioan-
nis

nis Wielopolski Jure convicti ex altera Partibus,
 Ibi, ubi Nos, seu Officium Nostrum Ipsi Larynsky
 Actores locaverint, Ad Instantiam Ipsorum Lar
 zynskich Michaelis et Andred Actorum compa
 reatis, aditant Vos, Inhdrendo Decreto Judicij Ter
 restris, et hoc ad Aspiciendum Parietem Vestrum,
 quem habetis a Bonis suis Villa Niewistka Con
 tiguum bonis et Hdreditate Ipsorum Villa Wolosz, et
 attentandum Ipsos Larynskie Vigore Actoratus contra Pfd
 fatum Joannem Wielopolski Principalem in Judiciis Gene
 ralibus Novis Sanocem proxime pldterit obtent, Du
 cere Nos, seu Officium Nostrum, et prosequi grani
 cies a Bonis vestris pfdatis, et Pariete vestro, Casq
 Inipiendo, fauendo Scopulos et Signa alia metalia
 circa talia fieri consueta, et attentant Ipsos Jurare
 cum testibus super Justa Sippatione granicierum,
 Ideo ut Starent Sicut Collaterales, et Iphis Laryns
 skim Actoribus, Ibi ubi antea in primo Actu Gra
 nicali et Procepu Causd, atq in eorum Ctequi
 tationibus agnoscebatis Vigore pfdate Remissi
 onis a Judicio Terrestri Sanocensi vobiscum
 habita ut et pronunc agnoscat, Iphisq Sippiati
 onem granicierum non pdpediatis, alias ad Vi
 dendum

dendum et audiendum Ipsos Larszynskie Vi
gore prefata Remissionis, quæ in suspenso ad
Determinacionem pro Actoratu Cum Principali
Ipso Joanne Wielopolski est, Decerni contra Vos
tanquam Collaterales Actoratum, prout etiam hoc
Ipsum contra predictum Wielopolski Principalem
Juridice obtinuerunt, præmissa Judicialiter atten
taturi, Certificando Vos quod live Comparueri
tis. Live non? Nos quod Officij Nostri erit, contra
vos procedemus, Contumacia vestra non obstante.
Datum in Nozdrec Feria Secunda post Festum
Nativitatis Mariæ proxima Anno Domini Mille
simo Quingentesimo Sexagesimo Quinto.

Et Facta allocutione voluerunt cum Ipsis Dedens
skie pro hujusmodi Retentione et Collateralitate
Contiguitateq; parietis, Jure coram Eodem Officio
experiri. Ubi in Instanti prefati Gabriel Lamiechow
ski et Joannes Dunkowski, nomine Procuratoris
Eodem quo supra, prefatorum Dedenskich, Pro
testati sunt, allegando non nullos ex Citatis
presertim Stanislaum et Nicolaum protunc in Ser
vitiis Sacra Regia Majestatis in Ducatu Lithuanid

versus Moschos, proptereaq; huic Termino Compa-
 rere, neq; de Eodem ad Notitiam devenire mini-
 me posse, aliasq; Pueros minores extitisse, et
 Illos qui Servitio militari in Ducatu Lithvanid
 Intersint, sub tuitione Statuti Conventionum Varso-
 viens et Piotrkoviens proxime praeteritorum ad Con-
 ventionem proxime futuram fore, ab Omnibusque
 Judiciis et Officiis Regni pro hac vice liberos esse Pe-
 lenz Causam praesentem et Causas usq; quo redierint
 ex Servitio militari, vel prout Juris sit Suspendi et
 prorogari.

Officium Itaq; visa et audita Affectatione Partis Col-
 lateralis ex Parte praefatorum Dedenslich, Inheren-
 doq; Statutis praedictis Regni pro Eadem Parte allega-
 tis, Quibus Cautum est, Milites Mercenarios in Duca-
 tu Lithvanid protunc existentes ab omnibus Judiciis
 et Officiis Regni hac tenus liberos esse, de Consensu etiam
 Partis Adversae Causam Ipsam Inter Partes praefatas Su-
 per Contiguitate parietis Jure experiendi, Hinc ad tem-
 pus Conventionis generalis Regni proxime futurae,
 Celebrandae Suspendit et prorogavit, Quod si vero Con-
 ventio hic in Regno infra anni Decursum non fu-
 erit Celebrata, Ex tunc liberum erit praefatis Actoribus,
 tam Partem ex Adverso Principalem, videlicet Praefa-
 tum

tum Joannem Wielopolski, quam Collaterales ad Idem
faciendū et ulterius in Causa procedendum ad Officium
Domini Succamerarij adire. Nihilominus tamen
Dominus Camerarius granicies et Limites inter Præ
fatas Partes videlicet Michalem et Andream Larszyn
skie Actores, bonaq̃ Ipsorum hereditaria Villam Wo
tosz ex una, Et Joannem Wielopolski bonaq̃ Ipsius her
editaria Villam Jablonica per Officium de Consensu
Partium Earundem sicut præmissum est factas, et tam
Scopulis, quam deniq̃ Parietalibus, et ~~at~~ Signis metallicis
in Arboribus ad instar Crucis, designat̃, et Disli
mitat̃, Incipiendo ab Acialibus Scopulis usq̃ ad ulti
mum Scopulum Parietalem circa viam Superius expres
sam Sippatum et Erectum, ubi Retentio per Præfatos
Dedenskie est Facta de Consensu Earundem Partium,
tam videlicet præfatorum Larszynskich ex Parte bo
norum Villa Wotosz, quam etiam prædicti Joannis
Wielopolski ex Parte bonorum suorum Jablonica, Autho
ritate Dei Omnipotentis Sacre Regie Majestatis et Do
mini Succamerarij Præfati Innoce[n]t[i]i Stanislao Czarnocki
Judici Terrestri Sanoceny in hac Parte Concessa, in hoc
loco jam perpetuam firmitatem et robur obtinere Decrevit,
Quantum vero attinet Allegationes et Solennes Manife
stationes, tam ex Parte Actorum, quam ex Parte
Citati, tanquam Principalium negotij Eiusdem, cum
Juribus

Juribus et Privilegiis eorum adpresens utring pro
ductis, et publice lectis, prmisso modo factas, Eisdem,
Dominus Camerarius locum Dedit, Eademq Jura et
Privilegia eorum utring producta in suo debito
Robore Conservavit, Sententia sua mediante

Et postquam presali Actores Super Collateralitate cum
pdictis Dedenkie Jure experientur, Ipsi que Actores cum
Eodem Joanne Wielopolski ulterius Ducent ac Determi
nabunt, prout de Jure veniet, granicies Inter Bona
Ipsorum presata, usq ad Erectionem Scopuli ultimi
Acialis, ubi, et circa quem Scopulum axalem Ulti
mum, Officium Domini Succamerarij granicies
Ipsas inter Bona pdicta, in toto approbabit,
et perpetuum Robur habere pronuntiabit, Idque quod
de Jure ex Officio Ipsius veniet, Justa Juris formam
et Consuetudinem in talibus fieri Solitam, faciet.

Et incontinenti Generosus Joannes Wielopolski Do
norum Jablonica Hares, Inprimis et ante Omnia
Officio Camerariali Ministerialiq Terrestri Provido
Oleszko de Ulicz, atq Generosis et Nobilibus Jeronymo
Bobola, Georgio Humnicki, Felici Wielopolski, Stani
slao Kielanowski, aliisq multis Nobilibus, tunc Per
sonaliter astantibus, Solenniter se se Manifestabatur
et Protestatus est, contra Generosum Nicolaum Jar
to de Szczekarzowice Vexilliferum Sandomiriensem et
honorum

bonorum Regia Majestatis Villa Hruszowka quocunque Juris titulo Tenutarium, Lusia Ipse per Nobilem Thomam Lawadzki Servitorem et Factorem suum Bonorum Panoczek una cum Subditis prefata Villa Hruszowka in Terra, Fundo, et Hereditate Ipsius Wielopolski propria, ad Bona Ipsius, prefatam Villam Jablonica Vigore Jurium suorum legitime ab antiquo pertinere, Parietem ex Parte prefatorum bonorum Hruszowka Ipsi Generoso Stanislawo Larszynski Actori agnoscit, Ubi nullam Contiguitatem nec parietem aliquem cum bonis Ipsius Jablonica pronunc in faciendis graniciebus cum prefato Larszynski Actore a Bonis Ipsius Villa Wolosz habeat, Impugnans eam agnitionem Parietis a Bonis Hruszowka Ex Parte Eiusdem Generosi Nicolai Jarlo fieri in Detrimentum et Diminutionem Fundi sui Dicta Villa Jablonica, quem sibi Ipse Generosus Nicolaus Jarlo eo pretextu Usurpare nititur, nullo Jure Ipsum ad id subsequens Affirmavitq; Eiusdem Simplicem Servitoris et Subditorum Villa Hruszowka Ipsius Generosi Nicolaj

Nicolaj Tarlo Assertionem, et Parietis in
 Eo loco agnitionem Sibi Joanni Wielo
 polski et Jure suo ad Eundem Fundum de-
 super habito nocere non posse, Nec Ipsum
 Larszynski Actorem Citationem sua presenti
 Succamerariati qua praesatum Generosum
 Nicolaum Tarlo ad aspiciendum parietem
 suum a praedictis Bonis Hruszowka pro
 Termino presenti adcitavit, in Fundum hunc
 uti suum proprium Hereditarium Incorporare
 posse, Quod Ipse Wielopolski pati, et in Fun-
 do suo proprio tollerare non vult, Immo
 Omni genere Defensionem Juridicam Sem-
 per Impugnans paratum se Offert, ita ut
 et ad praesens impugnat, Nec ad eam A-
 gnitionem Parietis ex Parte praesatorum
 Bonorum Hruszowka, in Isto loco, et Fundo
 suo proprio sic facti assentit, neque assentire
 vult, Ex quo Privilegium Ipsius Donationis Super
 Bona Jablonica Ipsi, seu antecessoribus Ipsius
 Concessum per Ipsum Haereditatem reproductum, obloquitur

5
cum nemine altero habere granices tantum cum bonis
Regalibus Villa Ulicz et Woloss De quo Officio suo Came
rariali atq. Mli et Nobilibus Pnominatis ita ut prius
Iterum atq. Iterum Solenniter Protestatur. Et Libris sui
camerariabilibus Adonum praisen Semolen De verbo ad Ver
bum prout extat Extraditum est.

correxit Part

mmpa
///

Legit Radomski

Inter Hereditates Eorum Villa Watorz
ab Una, et Villam Jablonica bonis
Sacra Regia Mltis villa Hrusowka Con
tiguam Parte ab Altera

Grancies

In loco Campetri Granciesi 1565

A. R. pt. Im. S. Francis

Expedita

Et Libris Succameranalibus Tribus Sana
consibus Deprompta.



282

No 12

42

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1

62-002 Suchy Las

www.digital-center.pl

biuro@digital-center.pl

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.

Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.